# NOVÆ HARMONICÆ

CANTIONES VT PIAE, ITA ETIAM SVAVES ET IVCVNDAE, QVINQVE *uocibus concinnatæ, & nunc primum in lucem editæ.*

## AVTHORE MATHIA GASTRITZ.

ANNO SALVTIFERI PARTVS M. D. LXVIII.

# VAGANS

*Sermo Chriſti inhabitet in uobis opulenter cum omni ſapientia. Docete & commonete uos inuicem cantionibus & laudibus, & cantilenis ſpiritualibus cum gratia canentes Domino, etc.*

PSALM: C. L.

Laudate eum in Tympano, & Choro, laudate eum in Chordis & Organo, etc.

NORINBERGAE

Impreſſæ in Officina Typographica Vlrici Neuberi. ANNO M. D. LXIX.

ΡΑΥΛΟΣ ΠΡΟΣ τοὺς κολοσσαεῖς γ

τοῦ χριστοῦ, ἐν ὑμῖμ συνεχῶς ἤ ῥῆμα σάωζομ,
ἐν πάσῃ σοφίᾳ, ἐν τε θεοφροσύνῃ,
Γνευματικαῖς ᾠδαῖς, ὕμνοις, ἅμα κλυίετε ψαλμοῖς
κύριομ ἐκ κραδίης, ἦρα φέροντες ἑοῖ
ταῦτα δὲ ὡς κάλλιστα πρέπομ κάτα, πάντα γένωνται,
ἐκ χάριτος, θυμοῦ, ἐκ νόου εὐφροσύνης

G. A.

# ILLVSTRISSIMO
## PRINCIPI AC DOMINO D. RICARDO,
### Comiti Palatino ad Rhenum, Duci Boariæ, Domino ſuo Clementiſſimo S. D.

NON IGNORARE CELSITVDINEM TVAM ILLVSTRIſſime Princeps arbitror, dulciſſimum nomen Muſicæ, à nouem Muſis appellationem trahere, quarum prima VRANIA à Cœlo dicta eſt. Principio enim Dei dogmata, & uaticinia ſacris literis comprehenſa, non humana ratione excogitata & inuenta ſunt, ſed diuinitus è cœlo reuelata, & per uiros prudentes ac eruditos deinceps propagata. Secunda EVTERPE à ſuaui delectatione appellatur. Nam cognitio Dei & beneficiorum CHRISTI pijs mentibus, pacem conſcientiæ, gaudium & delectationem cordis gignit, auget amorem erga Deum, quem Muſica tertia ERATO ab amore dicta, excitat. Quartæ nomen eſt THALIA, quaſi uirens & florens, Homines enim nouitate & Spiritu S regenerati, ſicut palma perpetuò florebunt. Quinta MELPOMENE nomen ſortita eſt, nimirum à canendo, & modulando, ſiquidem homo, qui in Deo iam lætatur, beneficia Chriſti dulci & ſuaui harmonia, & debita gratiarum actione decantat & celebrat. In talem hominem ſi artis Muſicæ ignari & imperiti incidunt, illum admirantur, & quaſi Deo ſimilem agnoſcunt, id quòd CLIO, ſexta in ordine denotat à celebritate dicta. Septima POLYMNIA, à copia & uarietate hymnorum & cantilenarum nuncupatur, inde totus chorus piorum cœleſti gaudio perfruitur, Deumq; ſumma delectatione, & uoce canora in omnem æternitatem laudat: Quod TERPSICHORE à delectando chorum, & CALLIOPE, à delectabili & ſuaui uoce dictæ, aptè ſignificant. Huius diuini Muſarum Chori dux eſt omnipotens & diuinus ille Apollo noſter Dominus IESVS CHRISTVS Iuſtitiæ ſol & fons, quem omnes homines diuinæ Muſicæ adminiculo celebrare, & decet & pium eſt.

Manifeſtum eſt autem Muſicam humano generi præcipuè datam eſſe propter laudes Deo decantandas. Primum ſcilicet ut cantu tanquam literis, conſeruarentur & propagarentur oracula & dogmata diuinitus tradita. Deinde ut piæ ſententiæ magis penetrarent in animos & mentes, & quaſi ferirent ac mouerent hominum pectora uehementius: Sicut nemini dubium eſt, Muſicam ad Sacros ritus & Eccleſiæ pias ceremonias ſemper adhibitam eſſe, Chriſtiq; dicta, fa-

cta & beneficia dulci harmonia cantus, & organorum ſono celebrata eſſe. Hinc perpetuo in Eccleſia permanſit ac conſeruata eſt Muſica, cui patres & Prophetæ laudantes Deum in Pſalmis & canticis multum dediti fuerunt, ut Regis Dauidis Cytharœdi, & Prophetæ exempla teſtantur, qui toties in pſalmis monet, ut Muſicis inſtrumentis & uiua uoce Dei laudes celebrentur: Cantate Domino canticum nouum, Laudate eum in Sono tubæ. Laudate eum in Pſalterio, & Cythara, Laudate eum in Cymbalis benè ſonantibus & iubilationis. Laudate eum in Chordis & Organo, &c.

Porrò non fruſtra hanc artem & amant & amarunt, colunt & coluerunt uiri potentes, Reges & Principes, aliiq; homines Ethnici prudentes. Eſt enim nutrix, domina & gubernatrix affectuũ, pellit triſtitiã cordis, relaxat animũ moleſtia, lenit odiũ, mitigat iram, & mœſtitiam, parit animi tranquillitatem. Adde etiam quòd ægrotis ſanitatem reddat.

Quid præterea in humana uita dulcius ac ſuauius eſt concentu muſico? Eſt ſanè in Melodijs muſicis honeſta delectatio, ſicut Syrah cap. 40. docet. Vinum & Muſica lætificant cor hominis. Alibi Syrah Muſicam in conuiuio comparat Smaragdo qui auro ornatus eſt, ac uituperat eos, qui inter pocula moleſtis & importunis ſermonibus Muſicam turbant & impediunt. Cui non res iucunda uideatur? Cum una uox ſuo tenore canitur, cæteræ interim circumcirca mirabiliter ludunt, exultant & iucundiſsimis Symphonijs eandem uocem ornant, ueluti diuinam quandam Choream circa illam ducerent? Tali ſuauitate, qui non afficiuntur, illos ſaxis & Stipitibus cantu Orphei tractis & motis duriores & ſtupidiores eſſe iudicandum eſt, Eiuſmodi igitur ἄμουσοι, & centauri, grunnitum Porcorum & Suum muſicam audiant.

*Sed ualeant omnes quibus eſt ars Muſica nauci,*
*Muſica florebit Sydera donec erunt.*
*Suauis erit ſemper, rumpantur ut ilia Momis,*
*Muſica grata Deo, Muſica grata uiris.*

CVM uerò Illuſtriſsime Princeps liquidò appareat, iuuentutem in CELSIT: tuæ inclyta Schola, ſtrenuam in diſcendis bonis literis operam nauare, & præceptores iuuentuti ſuæ fidei commiſſæ, præter cæteras honeſtas artes Eccleſiæ Dei totiq; generi humano ſalutares & utiles, ſtudiũ quoq; ſuauiſsimæ & utiliſsimæ artis Muſicæ, ſedulò, fideliter & dextrè proponere, eamq; artem à CELSIT: tua, liberaliter & foueri & conſeruari manifeſtum ſit, Placuit ut in ea præſtantiſsima arte meas exiguas opellas, qualeſcunq; ſanè eſſent CELSITVDINI tuæ & ipſi SCHOLAE declararem. Quamuis autem inſcitiæ et ingenij tenuitatis mihi ipſi optimè conſcius ſim (noui enim quàm curta mihi ſit ſuppellex & quàm inter Muſicos reliquos tanquam minimus uix infimos gradus attingam) tamen cum ferè omne pueritiæ & adoleſcentiæ meæ tempus, in huius diuinæ artis iucundiſsimo ſtudio conſumpſerim, hos harmonicos cantus ſiue Motetas ut uocant, fingere uiſum eſt: Nec uerò quenquam eſſe exiſtimo, qui aut artis,

aut induſtriæ

tut induſtriæ oſtendandæ gratia mehunc ſumpſiſſe laborem arbitretur. Non enim arrogans & elatus animus, ſed apertus candor, & ſimplex ſtudium, honeſtas artes amat, colit & admiratur. His itaq; cauſis incitatus, hos exiles Muſicæ fructus prodere uolui. Quare Illuſtriſſime Princeps, Clementiſſime Domine, cum nemo non ſciat CELSIT: tuam Eccleſiæ Chriſti ſanam doctrinam, & Sacramentorum puritatem, ac uerum uſum, rectè intelligere, & conſtanter uoce ac pectore confiteri, ipſasq; honeſtas artes & cultores earum, præcipuè uerò Muſicam benignè fouere, amare & pio patrocinio tueri, hoc, quicquid eſt mei exigui ſanè ſtudij, id totum CELSIT: tuæ conſecro, inſcribo ac offero, ea qua par eſt, ac decet animi ſubiectione, rogans, ut CELSIT: tua clementiſſimo animo & hoc munuſculum accipiat & me complectatur, totiusq; artis Muſicæ patrocinium, Muſici quoq; Chori, ac tandem mei tutelam clementer ſuſcipere uelit. Chriſtus æterni patris æterna & ſubſtantialis imago. CELSIT: tuam protegat, ſeruet ac tueatur, ut incolumi ualetudine & ſtatu diutiſſimè floreat, ſuo etiam Spiritu S. regat & gubernet ad diuini nominis laudem, ad Eccleſiæ tranquillitatem & concordiam ſalutarem, utq; honeſtis ac utilibus artibus debitus locus, & honos tribuatur, ac in his regionibus Pax aurea & placidiſſima quies conſeruetur & uigeat. Bene & fœliciter ualeat CELSIT: tua, cui me ſubmiſſe & reuerenter commendo. Ambergæ Anno recuperatæ ſalutis, M. D. LXVIII. Calend. Octobris qua die, mandato diuino apud Iudæos celebrabatur Feſtum Tubarum, quod Hebræi uocant Memoriã clangoris, qua dicunt, commonefieri populum de liberatione Iſaac ab imolatione, Leuit: 23.

CELSIT: Tuæ

Subiectiſſimus & Deditiſſimus.

Matthias Gaſtritz.

AAA

# EPISTOLA DOM. D.

## MARTINI LVTHERI SCRIPTA AD LVDOuicum Senfelium, Ducum *Bauariæ* Muſicum ſub comitijs Auguſtanis.

*Anno Chriſti* M. D. XXX.

GRATIAM ET PACEM IN CHRIſto. *Quamuis nomen meum adeò ſit inuiſum, ut uereri cogar, ne ſatis tutò recipiantur a te, & legantur optime Ludouice, quas mitto literas: Vicit tamen hanc formidinem amor Muſicæ, qua te uideo ornatum & donatum à Deo meo. Qui amor ſpem quoq; facit, fore ut nihil periculi ſint tibi allaturæ meæ literæ. Quis enim uel in Turca uituperet ſi amet artem & laudet artificem? Ego ſanè ipſos tuos Duces Bauariæ uehementer laudo & colo præ cæteris, quod Muſicam ita fouent & honorant. Nec dubium eſt multa ſemina bonarum uirtutum in animis his eſſe, qui Muſica afficiuntur. Qui uerò non afficiuntur, truncis & lapidibus arbitror ſimillimos eſſe, Et planè iudico, nec pudet aſſerere, poſt Theologiam eſſe nullam artem, quæ Muſicæ poßit æquari, cum ipſa ſola poſt Theologiam id præſtet, quod alioquin ſola Theologia præſtat, ſcilicet quietum & lætum animum manifeſto argumento, quòd ſcilicet Diabolus curarum triſtium & turbarum inquietarum author, ad uocem Muſicæ penè ſimiliter fugiat, ut fugit ad uerbum Theologiæ. Hinc factum eſt, ut Prophetæ nulla arte tantoperè ſint uſi ut Muſica dum ſuam Theologiam non in Geometriam uel Arithmeticam, non in Aſtronomiam,*

ſed

ſed in Muſicam digeſſerunt ut Theologiam & Muſicam haberent coniunctiſsimas, ueritatem canticis & Pſalmis dicentes. Sed quid ego Muſicen nunc laudo, & tam in anguſta chartula tantam rem pingere uel fœdare conor? Sed abundat & ebullit ſic affectus meus in illam, quia me ſæpius recreauit, & magnis moleſtijs liberauit. Ad te redeo & oro, ſi quod habes exemplar iſtius cantici: In pace in idipſum: mihi tranſcribi & mitti cures. Tenor enim iſte à iuuentute me delectauit, & nunc multò magis, Poſtquam & uerba intelligo. Non enim uidi Antiphonam eam pluribus uocibus compoſitam. Nolo autem te grauare componendi labore, ſed præſumo te habere aliunde compoſitam. Spero ſanè uitæ meæ finem inſtare, & mundus me odit nec ferre poteſt. Ego rurſus mundum faſtidio & deteſtor. Tollat igitur animam meam, Paſtor optimus & fidelis. Idcirco hanc Antiphonam cæpi iam cantillare, & cõpoſitam cupio audire. Quôd ſi non habes, aut non noſti, mitto hic ſuis notis pictam, quam uel poſt mortem meam (ſi uoles) componere potes. Dominus Ieſus ſit tecum in æternum, Amen. Parce temeritati & uerboſitati meæ. Saluta mihi totum Chorum Muſicæ tuæ reuerenter. Ex Coburgo 4. Octobris, Anno Domini 1530.

Martinus Lutherus.

# SAPPHICVM AD AV-
# THOREM.
## GEORGII AGRICOLAE.

*Ardui prudens opifex Olympi,*
*Lucis æternæ, radios abundè*
*Sparſit in noſtras, uegetante ſacro*
*numine, mentes.*
*Inde Muſarum ueneranda turma,*
*Mens & hinc artes meditando finxit,*
*Inde concentus uarij magiſtra*
*Muſica nata eſt.*
*Hæc Dei nomen modulatur odis,*
*Prædicat patrem, celebratq; gnatum,*
*Spiritus almi benefacta, ſummis*
*laudibus effert.*
*Non opes Craßi, neq; Gaza Crœſi,*
*Regna non uaſti ſpacioſa mundi.*
*Muſicæ lætum ſuperant canorem*
*harmoniasq;.*
*In uago non eſt potior uoluptas*
*Orbe, nec dantur bona dulciora*
*Quàm piæ menti, lepido tenore,*
*Muſica præſtat.*
*Eximit triſtes reſonando curas*
*Cordibus, mœſtos animos relaxat,*
*Atq; turbatos recreat ſonora*
*Muſica ſenſus.*

Secunda Pars.




ſericordiam tuam Al leluia ij Alleluia
Alleluia ij ij Allelu ia.


Vſtus non conturbabitur quia dominus ij fir-
mat tota di e miſeretur & como dat & ſemen e ius & ſemen
e ius in benedictione ij ij conſer-
uabitur ij in æter num & ſemen e ius &
ſemen e ius in benedictione in benedictione ij


conſeruabitur conſeruabi tur inæter num.
Secunda Pars.
Noli æmulari noli æmulari in malignantibus neqꝫ Zela-
ueris neqꝫ Zelaueris ij ij neqꝫ Zelaueris facientes
iniqui tatē Quia dominus ij firmat tota di e ij
& ſemen eius & ſemen ei us in bene

*Amouet nigros Lemures auerni,*
*Voce terrores magicos repellit,*
*Sedat irati pia cantilena*
*Pectoris æſtus.*
*Excitant cantus animos inertes,*
*Organi dulcis, Cytharæ, Lyræq;,*
*Barbiti ſuauis, Chelijs atq; clangor,*
*Pectora mulcet.*
*Quando Saul arſit furibundus irâ,*
*Illicò Dauid ſtygios furores*
*Eijcit plectro modulans eburno.*
*Cantica ſancta.*
*Alta mirandos referunt Olympi*
*Aſtra concentus; reſonatq; curſus*
*Orbium cœli, uelut Architectus*
*edere iuſsit.*
*Verè ſpiranti uolucrum caterua*
*Concinnit blandos, iteratq; cantus*
*Hîc gemit turtur, canit hîc alauda,*
*trinſat hirundo*
*Stridet & Sturnus, cacabat Coturnix;*
*Cæteras multum ſuperans canendo.*
*Miſcet argutum philomela docto*
*gutture carmen.*
*sic dedit prudens homini creator*
*Senſuum uires, animiq; dona,*
*poſſet ut pulchros, ſtudio ſagaci,*
*diſcere cantus.*

Ergò Muſarum ſtudioſa turba,
Cæteris,cultæ Sophiæ,miniſtris,
Muſicam grati famulam canoris,
iunge frequenter.
Sic potes uera celebrare laude,
Scilicet patrem,λόγομ atq; πνεῦμα,
Hinc uoluptates ſtudij decentes
Carpere fas eſt.
Quosq; tu ſumis Matthia labores,
Approbat rectè φιλόμουσος omnis
Nullus hos ſpernit,niſi Momus, atq;
Aemulus ater.
Ergò non ſegni ſtudio labores
Muſicos urge:rabidosq; triſtis
Aemuli morſus,tumidiq; Momi
deſpice riſus.

ΤΕΛΟΣ.

# INDEX.

| | |
|---|---|
| Ego cantabo. | 1 |
| Iuſtus non. | 2 |
| Benedictus es. | 3 |
| Dico uobis. | 4 |
| Lætare Ieruſalem. | 5 |
| Emitte domine. | 6 |
| Spem in alium. | 7 |
| Iudica me Deus. | 8 |
| Surrexit paſtor. | 9 |
| Si ego abiero. | 10 |
| Tua eſt potentia. | 11 |
| Contriſtatus ſum. | 12 |
| Deduc me domine. | 13 |
| In uoluntate tua. | 14 |
| Grates nunc omnes. | 15 |
| Si autem impius. | 16 |
| Veni electa mea. | 17 |
| Nolite timere. | 18 |
| De cœlo ueniet. | 19 |
| Benedictus. | 20 |
| Da nobis domine. | 21 |
| Sperandum eſt. | 22 |
| Concinimus. | 23 |
| Confitebor. | 24 |
| Repleatur. | 25 |
| In me tranſierunt. | 26 |
| Propter ueritatem. | 27 |


E
Go cantabo ego cantabo ij Ego cantabo forti-
tudinem tuam Domine Domine ij Allelu ia Alleluia Allelu-
ia ij & exaltabo mane mi ſericordiam tu am miſeri-
cordiam tuam Alle luia Alleluia ij Alle-
lu ia.


dictione in benedictione ij conſeruabitur conſeruabi-
tur ij inæternum.


B
Enedictus es Domine benedictus es ij
Deus Iſrahel patris noſtri, ab æterno tua eſt Dñe magnificentia & potentia
ij & potentia & gloria atqꝫ uictoria atqꝫ uicto ri a
ij atqꝫ uictori a ij uictori a & tibi laus ij
atqꝫ uictoria atqꝫ uictoria ij



atq; uictori a uictori a & tibi laus ij & tibi laus &
tibi laus.


D
Ico uobis ij dico uo bis quod ita
gaudi um quod ita gaudium in cœlo ij ſuper uno pecca=
tore pœnitentiam agente ij quam ſuper nonaginta nouem iuſtis ij
nonaginta nouem iuſtis qui non indigent ij


pœnitentia pœnitentia ij qui non indigent qui non in=
digent pœniten tia pœnitentia pœnitenti a.

V. Primus Diſcantus.




ius conſolationis ij eius
e ius.


E
Mitte Domine ij lucē tuam lucem
ij & ueritatem tuam & uerita tem tuam ij ip
ſa me ij deduxerunt ij & adduxerunt duxerunt ij
& adduxerunt in montē ij ij ſanctū tuum ij ſanc tuum
& adduxerunt ij duxerunt & adduxerunt in montem ij in montem
ſanctū tuū ij


S
Pem in alium ij ſpem in alium nunꝗ habu-
i ij nunꝗ habui præter in te Deum Iſra hel.
Secunda Pars.
Et propicius eris & omnia peccata ho mi num ij
peccata hominum in tribulatione dimittis domine Deus cœli & terræ re-
ſpice ad humilitatem no ſtram ſpem in alium ij ſpem in


alium nunq̃ ha bu i ij nunquam habui præter in te Deꝰ
um Iſrahel.


I
Vdica me Deus ij me Deus Iu dica me Deus
ij me Deus & diſcerne cauſam meã de gente ij de gente
ij non ſancta ij ab homine iniquo & Eripe me ij quia tu es
Deus meus ij De us meus & fortitudo mea ij
& fortitudo mea & fortitudo mea ij & for titudo mea.


S
Vrrexit paſtor bonus ij ij ſur-
rexit Dñs præcedet uos ij i bi eum uidebitis i bi eum uidebi-
tis ij eum uidebitis i bi eum uidebitis Alle luia ij
Allelu ia i bi eum ui debitis Alleluia Alleluia. ij


SI ego abi e ro abiero ſi ego abie-
ro & præparauero ij uobis locum ij iterum
uenio & accipiam uos ad me ipſum & acci piam uos & accipiam uos ad me ip-
ſum ij ut ubi ego ſum ut ubi ego ſum ij & uos ſi-
tis & uos ſitis & uos ſitis Alleluia Alleluia Alle lua Al-


leluia ij Alle luia ij Alleluia ij
ij Alle luia Alleluia ij Alle luia Alle-
lu ia.


T
V a eſt potentia tu a eſt poten tia ij
tu es ſuper tu es ſuper omnes gentes ij tu es ſuper om
nes gentes ij da pacem domine ij domine in diebus
noſtris ij no ſtris in diebus no-
ſtris ij no ſtris ij

**Secunda Pars.**




C
Ontriſtatus ſum ij contriſtatus ſum in cogitatione mea
in cogitatione mea Quia iudicia dei perterruerunt me ij per-
terruerunt me Ego autem ego autem in ſolitudine expecto in ſo li tudine expecto
conſolationem tuam ij tu am conſo-
lationem tuam.


D
Educ me Dñe ij in ui a tua ij
tua & ingrediar in ueritate tu a lætetur cor meũ ij
ij ut timeat ij ut timeat nomen tuum ij ij ut
timeat nomen tuũ ij nomen tuum ut timeat nomen tuum
ij ij ut timeat nomẽ tuũ ij nomen tuum.


In uoluntate ij tua Domine tua Domi-
ne poſita & non eſt ij qui poſsit reſiſtere uoluntati tu æ tu e nim fe-
ciſti ij cœlum & terram ij cœlum & terram & uni-
uerſa quæ cœli ambitu con ti nentur Dominus uniuerſorum ij


tu es uniuerſorum tu es Deminus uniuerſorum tu es u-
niuerſo rum tu es.


G
Rates nunc omnes ĳ omnes redda-
mus Domino Domino Deo qui ſu a ĳ
Natiuitate ĳ Natiuitate nos li be-
ra uit ĳ de Dyabolica poteſta te po-
teſtate ĳ poteſtate.

Secunda Pars.




S I autem impius ij ſi autem impi us e
gerit pœnitentiam pœniten tiam ij ab omnibus peccatis ſuis ab
omnibus peccatis ſu is ij quæ operatus eſt ij
ij præcepta mea ij & fecerit iudicium
& iuſti ciam uita uiuet uita ui uet quas operatus eſt non


recordabor am plius non recordabor am plius
non recordabor am plius am plius.

## Secunda Pars.




FFF


V
Eni electa electa mea ij ueni ele-
cta mea ueni ele cta mea & ponã in te thronum me-
um thronum meum ij ij quia concu-
pi uit Quia concupiuit ij Rex
ſpeciem tuam.


N
O li te timere ij necꝫ pauea tis ij
ij hanc multitudinem ij non eſt enim ij
ueſtra pugna ſed De i Alleluia Alle lu ia.
Secunda Pars.
Audite me ij ij uiri Iuda ij
& omnes habitatores Iheruſalem habitatores Iheru ſalem ij


credite in Domino Deo ue ſtro ij nec paueatis ij
hanc multitudinem ij non eſt enim ij ueſtra pugna ſed De-
i Alle luia Alle luia.


D
E cœlo ueniet ij de cœlo ueniet Domi-
nator Dominus ij ij Dominus ij
& in manu eius ij & in manu e ius ij
& in manu eius ij imperium ij
& imperi um ij imperium ij



Enedictus uir ij benedictus uir qui conſi-
dit ij in Domi no in Domino & erit Dominus & erit Domi-
nus in fiducia eius ij & erit in fiducia
e ius & erit Do minus & erit Dominus in fiducia
e ius.


DA nobis Domine auxiliũ ĳ de tribulatio-
ne quia ua na ſalus hominis ſalus hominis In De o faciemus uir tu tem &
ipſe ĳ ad nihilum ĳ deducet tribulantes nos deducet tribulantes nos
quia uana ſa lus hominis ĳ In Deo facie mus uir tu tem & ip ſe ad
nihilum ĳ deducet tribulantes nos ĳ deducet tribulantes nos ĳ


S
Perandum eſt ij ij ſperan dum eſt
donec donec meliora ferentibus a ſtris ſit uoti compos, ſit
uoti compos ij ſpes animoſa ſu i ſpes animo ſa ſui ſpes animo-
ſa ij ſui ſui ſpes animoſa ij ſui ſui
i ſpes a nimoſa ſu i.


Oncinimus Domino ij ij
ij cœleſtia dona ferentes iam ſaturi gr a tes uoce ca nente De-
o canente Deo Deo ij non etenim ſolum membris ali-
menta miniſtrat, ſed quoqꝫ dat mẽti pſallite ij grata De o Domino
nunc pſallite Chri ſto, ſpiri tu i pariter ij grata ſacro
pſal lite grata ſacro ij


Onſitebor tibi tibi Domine conſitebor
tibi Domi ne in toto corde meo ij meo
narrabo omnia omnia ij narrabo omnia lætabor ij
& ex ul tabo ij pſallam nomini tuo altiſsime ij altiſsime
no mini tuo altiſsime pſallam ij tuo altiſ ſime tu o al-
tiſsi me ij ij altiſsi me.


RE pleatur os meum repleatur os meum laude tua
lau de tu a re pleatur os meum laude tua Alle luia
Alle luia Al leluia canta re canta re ij
gaudebunt labi a mea ij ij dum cantauero ij
tibi Alle luia Alleluia Alle luia Alleluia Alleluia.


N me tranſierunt ij i ræ tuæ iræ
tuæ & terrores tu i ij & terrores tui conturbauerunt me
cor meum cor meum conturbetum eſt cor meũ cõturbatum eſt dereliquit uirtus ij
mea uirtus mea Dolor meus ij Do lor meus ij in conſpectu meo
ſemꝑ ſemper ne derelinquas ij me Domine Deus me us ij ne


diſceſſeris à me
ne diſceſſeris
à me
ij
ne diſceſſeris à
me
ij
â me.


P
Ropter ueritatem ĳ propter uerita tem ĳ
& manſuetudinẽ deducet me mirabiliter a ſti tit Regina ĳ à
dextris tuis in ueſtitu ĳ de aurato circundata uarietate
propter ueritatem ĳ propter ueritatem ĳ
& manſuetudinem dedu cet me deducet me. ĳ

FINIS.